



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 43. Ferrerii querelæ contra primum Legatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„cessaria, ac in præsentî vicissitudine, Sæcul. XVI.
 „in qua hodiedum Franciæ res consti- A.C. 1563.
 „tutæ sunt, non referrentur ad hanc
 „clausulam: porro circa beneficiorum
 „pluralitatem pauca nonnisi data occa-
 „sione memoravi, prout ad Regem per-
 „scripsi: si verò Eminentia vestra præ-
 „sens fuisset, etiam mentionem insper-
 „sisset de Cardinalibus: at de iis æ-
 „que, ac de Pontifice nonnisi honori-
 „fice, ac reverenter locutus fuisset, juxta
 „Regiæ suæ Majestatis intentionem.,

§. XLIII.

*Ferrerii querelæ contra primum Le-
 gatum.*

Nequidem hisce literis contentus Fer- *Pallav. l. 23.*
 rerus, ipsum etiam primum Sy- *c. 1. n. 12.*
 nodi Legatum adiit, questus, quod in *§ 13.*
 suspicionem traheretur, perinde ac si
 absque Principis sui mandato hæc egis-
 set, ac dixisset: quamprimum vero una-
 cum Legato exierat, junctim cum Pi-
 braco ad Franciæ Regem perscripsit,
 data epistola die vigesima quinta Se-
 ptembris.

§. XLIV.

*Pibraci, & Ferrerii epistola ad
 Regem.*

In hisce literis Regi hæc exponebant. *Mem. p. 505*
 „Die decima octava præteriti Mensis

Ll 4

„man-